UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Herculano martyre. Cap[itulum]. cxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

autem.xij. imperatoꝛi diocletiano calcedonem venienti: a proconſule preſentantur. Quos cū imperatoꝛ in chꝛiſti fide immobiles reperiſſet eos oēs vinctos leonibꝰ ⁊ vrſis expoſuit deuorādos. Et cū a feris intacti cuſtoditi fuiſſent: iuſſit eos oēs pariter decollari. viij. kal'. octob.

¶ De ſancto Cleopha diſcipulo. Cap. cxviij.

CLeophas diſcipulꝰ vnꝰ ex lxxij. fuit. Hic vnꝰ ex illis duobus extitit: quibus in caſtello emaus euntibus in die reſurrectionis ſue dominus apparuit: ⁊ ab ipſis inuitatus cum eis diſcubuit: quē ⁊ ipſi in panis fractione cognouerūt. Alius ꝟo lucas euangeliſta fuiſſe dicitur. Hunc autē tradunt apud ipſum caſtellum emaus in eadem domo qua menſem domino parauerunt poſt diſcipulorum in iudea diſperſionem pro confeſſione chꝛiſti a iudeis occiſum ⁊ glorioſa memoꝛia ſepultum: qui paſſus eſt ſeptimo kalendas octobꝛis. Hec in martyrologio adonis: ſumpto ex Hieronymi ſcripturis ⁊ chꝛonicis antiquis.

¶ De ſancto Firmino preſbytero et martyre. Cap. cxix.

FIrminus preſbyter et martyr apud ambianū paſſus eſt ſub longino ⁊ ſebaſtiano preſidibus: qui ex ciuitate hibernie: que dicitur pampilonia oꝛtus patre firmo ſenatoꝛe: cū adhuc eſſet puer traditus eſt honeſto preſbytero ſacris litteris imbuendus: qui annoꝝ. xvij. etate et doctrina proficiens: ⁊ pro honeſto iam ſene predicationis officium ſupplens: ab eodem ad honoratū epiſcopū toloſam miſſus eſt: a quo ⁊ preſbyter eſt oꝛdinatus. Anno ꝟo etatis ſue. xxiij. reuerſus ad magiſtrum relictis omnibus apud andegaueñ. vrbem anno vno et tribus menſibus predicauit: ⁊ multos ad xp̄m conuertit: deinde beluacum veniens: a valerio preſide ob chꝛiſti confeſſionem ſepe vſq͛ ad moꝛtem flagellatus eſt: ⁊ poſt hec in carcerem clauſus: ſergio ſucceſſoꝛi valerij reſeruatus eſt: ſed a populo violenter ſolutus: ibidē diutius predicauit: omnē populum baptizauit: ⁊ eccleſias plures cōſtruxit: inde ambianū perrexit: ⁊ infra. xl. dies tria milia hominū ad xp̄m conuertit. Tandē a longino ⁊ ſebaſtiano preſidibus cōpꝛehenſus: propter timoꝛem populi in carcere decollatus eſt vij. kalen. octobꝛis. Fauſtinianus autē ſenatoꝛ pater ſancti firmini ep̄i: de quo ſupra dictū eſt iij. kalen. ſeptēbꝛis qui ab eodē martyre cū filio fuerat baptizatꝰ: coꝛpus eius rapiēs in ſuo cimiterio ſepeliuit: qđ poſtmodū ſaluiꝰ ambianeñ. ep̄s in eccleſiam maioꝛē tranſtulit: de quo ſupra habitū eſt. iij. idus ianuarij. Sebaſtianꝰ autē preſes in vltionē martyris xp̄i a ciuibus beluacēſibus poſtmodū interfectus eſt.

¶ De ſancto Herculano martyre. Cap. cxx.

HErculanus martyr paſſus eſt rome ſub aureliano impatoꝛe: qui a beato alexādro papa ad chꝛiſtum conuerſus eſt: ⁊ baptizatus. Cum idem alexander in cuſtodia teneretur apud quirinum tribunum: quapꝛopter aureliano accuſatus ⁊ ab eodem cōpꝛehenſus atq͛ fuſtibus ceſus in confeſſione nominis dn̄i tandē gladio cedente martyrij palmā percepit viij. kal'. octobꝛis. Cuius coꝛpus via numētana ſeptimo ab vrbe miliario a xp̄ianis ſepultū eſt.

¶ De ſanctis Cypꝛiano epiſcopo ⁊ Iuſtina virgine et martyribus. Cap. cxxi.

CYpꝛianus epiſcopus ⁊ iuſtina ꝟgo paſſi ſunt apud damaſcum et conſumati in nicomedia ciuitate tempoꝛe claudij imperatoꝛis ſub eutelio comite oꝛientis. Beata nanq͛ iuſtina de ciuitate antiochie filia edeſij ſacerdotis idoloꝝ: quotidie ad feneſtrā ſedēs: ⁊ prelium diaconē legentē euangelium audiens conuerſa eſt. Quod cū mater patri in lecto nunciaſſet: ⁊ ambo doꝛmitātes xp̄m cū angelis eos ad regnū celoꝝ vocantē vidiſſent: euigilantes mane ⁊ ipſi conuerſi ad eccleſiā conuenerunt: ⁊ vna cū iuſtina ab optato ep̄o baptiſmū perceperunt: a quo poſtmodū edeſius preſbyter oꝛdinatus eſt. Quo defuncto dum virgo xp̄i eccleſiam frequentaret: ⁊ eam quidam aglaius ſcholaſticus adamaret: miſit ad eam matronas ⁊ viros vt ſibi illam peterent in vxoꝛem. Que cum omnibus ſe xp̄o deſpondiſſe reſponderet. Ad cypꝛianū magnum iuuenis acceſſit: qui puer ab annis. vij. fuerat diabolo conſecratus: vt artibus ſuis iuſtinam in eius amoꝛem concitaret. Cypꝛianus autem aduocauit demonem quendam: ⁊ eum adiurare cepit: vt virginem de libidine tentatā ad ſe adduceret: vt eam vel ipſe vel aglaius cognoſcere poſſet. Demon autē vnguentū quoddā cypꝛiano tradidit: vt domum virginis perungeret: ⁊ ipſe poſtmodū noctu ad